Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8221
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

De Corpore & eius speciebus.

cap: XI.

Corpus est longitudo, cum latitudine & profunditate. Si n. superficies in profundum fluere intelligatur, corpus cadit. quod lineis rectis sese orthogonaliter in uno puncto secantibus dimensionantur: In longum rectis latum & profundum, Et harum linearum extremitates, differentiae positionis nominantur: his designatae vocabulis, sursum, deorsum, ante, retro, dextrorsum, & sinistrorsum. Ut si lancea una per vertice hominis capitis infigeretur, et per anum exiret, metiretur longitudinem, & alia perfodiens pectus, & dorso exiens, metiretur profunditate. & tertia intrans per latus utrumque: indicat latitudine.

Est autem in bipartita diuisione, Alterum n. est Regulare alterum Irregulare. Regulare, quod habet uniformitatem in angulis & lateribus: Per oppositum definitur Irregulare. Regulare diuidit bifariam, In Agon sive Sphaericum & Conicum. Corpus Sphaericum sive Sphaera est corpus rotundum, Unica superficie contentum, in cuius medio punctum est, a quo ortis lineae ductae ad superf: ipsumque sunt aequales. De hac latius vide in Astrono: Corpus Conicum, per habet angulos. Et est quinque. tetraedron, hexaedron, octaedron, duodecedron, & icosedron.

Ut sancta